

CONTROVERSIARVM FORENSIVM

UTRIVSQVE IVRIS MISCELANEAM CONFICIENTIVM

TOMVS VNICVS.

In quo; Amplissimi Senatus Sardoï centesimum numerum excedentes Decisiones continentur.

Quam plures etiam contentiones iurisdictionales inter utrasque curias, Ecclesiasticam, nempe, ac Regiam sub dissidio competentiarum actitate, cum declaratione Chancellarij subsequuta enarrantur.

Vndique quæstiones in præfatis tribunalibus discussæ humana litteratura dictatæ reperiuntur.

A V T H O R E

D. PETRO QVESADA. ET PILO

IVRISCONSULTO TURRITANO.

Olim Aduocato pauperum, ac Consultore Sancti Officij, Assessore Curie Metropolitanae Turritanae, ac per suam Regiam Maiestatem in Proaducatum fisci in tribunali Regiæ gubernationis electo. Nouissimè in Regia Sala eiusdem Senatus Sardoï Criminalis Assessor.


Num. A. S. cap. 5.

Num. . . 12 . . .



ROMÆ ANNO MDCLXV!

Typis Angeli Bernabò. SUPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. D. CRISTOPHORO
CRESPI DE VALDAVRA

Sacri Ordinis Militaris Beatae Mariae de Montesa, & Sancti Georgij de
 Alfama, rubea Cruce insignito, eiusdem Ordinis Clauigero, & Asses-
 sori generali de consilio Regiae Maiestatis, olim in sacris su-
 premi Aragonum, & Sanctae Cruciate consilijs, Senatori
 meritissimo, nunc vero supremo praefidi Vicecan-
 cellario, siue supremo consiliario in praedicto
 Aragonum Senatu.

DOCTOR D. PETRVS QVESADA, ET PILO I. C. TVRRIT.



TERATO cursu (Illustrissime Princeps Su-
 premi Senatus Aragonum praeses) *qualis ante te,*
qualis post te, vix vnus, aut alter ; non fuit enim, me-
verecundia tua dicere qualis nemo .^a . Postero tempo-
 rum cursui consulo. Repetito volatu, amplissime
 Domine, *sine superbia nobilis, sine superstitione deuo-*

tus, sine iactantia litteratus .^b Quod pro miraculo colitur, testante,

^a C. Fin. lib.
 .c. epist. 3. An
 100100.

^b Sydon. epi-
 stol. 13 lib. 8.


I



CONTROVERSIARVM FORENSIVM D. PETRVS QVESADA PILO

I. V. D. Ciuitatis Turritan.

CAPVT PRIMVM.



ARGVMENTVM.

Mulier omnino inops ex latere suo nihil ad societatem coniugalem conferens particeps constituitur acquisitionum, constante matrimonio, partorum, & vtrum resolutio hæc, tam respectu plebeiorum, quam nobilium arrideat; antifactum vero in statuto turritano præscriptum mulier inops non lucratur. Exaratur quam sit dulce in laboribus socium habere.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia in Regno Sardo simpliciter inita intelliguntur contracta ad societatem acquisitionum. Quæ dispositio coheret iuri communi. 2. quod procedit, quia matrimonium dicitur; & est societas n. 3. 4. quod*

procedit etiam in matrimonio putativo. n. 5. communicatio lucrorum arridet solum coniugi bona fide contrahenti absque scientia impedimenti. num. 6.

- 7 *Sponsalia per verba de presenti sufficiunt ad communicationem lucrorum.*
- 8 *Statutum loquens de Viro, & Vxo. re sponsos de presenti comprahendit.*
- 9 *Matrimonium, quod momento temporis durauit omnes effectus habet.*
- 10 *In matrimonijs plus ab initio expendi solet, quam tractu temporis.*
- 11 *Referuntur dissona, quæ ex nimis laxo vestendi vsu emerguntur.*
- 12 *Mulier separata à viro, nec lucra, nec quartam habet in bonis viri.*
- 13 *Nobiles contrahentes matrimonium simpliciter, non intelliguntur illud*

A inire